Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Omnes amici mei deliquerunt me et prevaluerunt qui diligebant me quem dilexi et factus sum ab eis quasi plaga crudeli percussus
Accito potauerunt me. ℣ Et dederunt in escam meam fel et in sitim meam. Accito potauerunt me.

Lectio secunda.

Exacuerunt tamquam gladium linguas suas. Filii hominum dentes eorum arma et sagitte et lingua eorum gladius acutus. Quod dicit alius psalmus sic. et hic exacuerunt tamquam gladium linguas suas. Non dicant iudei. non crucifiximus ipsum. Et cum apud eum dederit eum iudei pylato. ut qui ipsi eum morte iudicarent iudicantur innocens.
℟ Velum templi scissum est et omnis terra tremuit latro de cruce clamabat dicens. Memento mei dne dum veneris in regnum tuum. ℣ Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Memento.

Lectio tertia

Pro assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum. id est non huius creationis. neque per sanguinem hircorum aut vitulorum. sed per proprium sanguinem intravit semel in sancta. etiam redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum et taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis quantomagis sanguis xi. qui per spm sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. emundabit conscientiam meam ab operibus mortuis ad serviendum deo viventi. ℟ Tenebre facte sunt dum crucifixissent ihsm iudei. et circa horam nonam exclamavit ihc voce magna deus meus deus meus ut quid me deliquisti Et inclinato capite emisit spm. tunc unus ex militibus lancea latus eius aperuit et continuo exivit sanguis et aqua. ℣ Cum ergo accepisset acetum dixit consummatum est. Et tm. In. P. ant. Proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ad bn. ante Posuerunt super caput eius cum p